Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Uenit enim iohannes baptista neque manducans panem
neque bibens uinum & dicitis. daemonium habet.
uenit filius hominis manducans & bibens & dicitis ecce homo
deuorator & bibens uinum amicus publicanorum & peccatorum.
Sicut inquit tunc sic & nunc utrumque: saluatus uia respuitis. Naqd aut lamentauimus
& non plorastis. ad iohannem pan & cuius abstinentia a cibis & potu luctum paenitentiae
significabat. quod autem ait. Cantabimus tibi & non saltastis. ad ipsum dnm qui utendo
cum ceteris cibo & potu laetitiam regni figurabat. ad illos nec humiliari cum iohanne
nec cum xpo gaudere uoluerunt. Dicentes illum daemonium habere. istum uo rocem
& ebriosum & amicum publicanorum & peccatorum. qd autem subiungit.
Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis.
Ostendit filios sapientiae intellegere nec in abstinendo nec in manducando. ee iustitia
sed in ea quani mitate tolerandi inopiam. & temperentia p abundantia non secorrupendi atq: opportune sumendi. uel non sumendi ea quorum non usus sed concupiscentia
reprehendenda e. Non e enim regnum di esca & potus sed iustitia & pax & gaudium &
quia solent homines multum gaudere de carnalib: epulis addidit in spu sco. Alter iustificata e sapientia ab omnib: filiis suis. id est dispensatio atq: doctrina quae sup his resistit
humilib: aut de gratia. luste fecisse a fidelib: suis conpbata e. Ex quorum numerosum.
& illi de quib: supra dicitur. & omnis populus audiens & publicani iustificauerunt dm. Am.

EXPLT LIBER SECD

INCPT LIB TERS

Sanctissimae mariae paquitatem historia quae ante natiuitatem
In lucam capud e libri. & si ob laborem legentium muniendum a nouo inchoatur exordio. rerum tamen nectitur secundi libri finem respicit. Nam quia
superius siue ex persona euangelistae siue ex dni saluatoris utrique b: dam placuit
dictum fuerat. & omnis populus audiens iustificauerunt dm baptizati bap
tismo iohannis. qd si ad no dictum inter praeteriis audiens iohannem populus in
tellegitur. ee designatus. si ab euangelista interpositum audiens ipsum dnm de
iohannis magnitudinem disputantem restat intellegi. pharisaei autem & legis